



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 4. Farina D. Benedicto diuinitus missa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

rificè eis succurrit. Proderit, benignum, hunc Dei morem in exemplis docere.

§. IV.

Farina D. Benedicto diuinitus missa.

S. Greg.
l. 2. dial.
c. 32.

Agmen ducat antiquissimus & sanctissimus Benedictus, de quo D. Gregorius ita scribit: *Alio quoq³ tempore, in eadem Campania regione, fames incubuerat, magnâq³ omnes alimentorum indigentia coangustabat. Iamq³, in Benedicti monasterio, triticum deerat: panes verò penè omnes consumti fuerant, ut non plus, quam quinq³, ad refectionis horam, fratribus inueniri potuissent. Cùmq³ eos venerabilis pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, & rursus promissione sublenare, dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? Hodie quidem minus est: sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinae modij ante fores cellæ in saccis inuenti sunt, quos omnipotēs Deus, quibus deferentibus, transmisisset, nunc usq³ manet incognitum. Quod cum fratres cernerent, Domino gratias referentes, didicerunt iam de abundantia nec in egestate dubitare. Hæc D. Gregorius, qui infra aliud his verbis subiungit.*

§. V.